AD ILLVSTRISSIMVM DOMINVM D. ANTONIVM PRATVM MAGNVM VTRIVSQVE GALLIÆ CANCELLARIVM DIGNISSIMVM DIVI ROCHI NARBONENSIS: VITA PER IOANNEM PINVM TOLOSANVM EDITA:









¶ AD ILLVSTRISSIMVM Dominum D. Antonium pratum magnum utriusq; Galliæ cancellarium dignissimum ac meritissimũ Ioannis Pini Tolosani epistola.

C VM HIS PROXIMIS Æstiuis mensibus articulari morbo grauissime laborarem / coactusq; proinde domi ociosus uiuerem: succurrebant identidem nobis innumera ac immortalia tua in nos beneficia: quibus tametsi & temerariũ & pene impudens uideatur / non cupere modo sed uel cogitare quidem referre gratias: ꝙ ea sunt id genus / ut ne a piissimo quidem parente optimi quiq; liberi sperare unquã maiora soleant. tamen nec impium minus nec sceleratum arbitror: cum eas tibi fortunę simul & ingenii dotes negatas esse uideas / quibus referre gratiam possis: nolle saltem (quod huic pene proximũ esse solet) non ingratum haberi / nec accepti beneficii immemorem: idq; utcunq; possis te

stari passim atq; propalã facere . abs quo uno teterrimo naturę humanę uitio (fatebor enim ingenue, nec id de me palam predicare pudue rit) dedi sane uel a puero semper operã diligen ter: ut quantũ haberi uellem, tantũdem quoq; alienus uere probari possem: qui nihil unq̃ in gratitudine ab imortali deo humanę uitę datum esse pestilentius existimem: & quo magis hominum societas fides amicicia cętus cęteraq; idgenus uitę cõmunis officia tolli atq; dissolui possint: qua quę ulla unquã mortalibus maior afferri calamitas possit? itaq; ipse dum uetus illud meũ institutum seruare cupio: dũq; eximiam tuam istam ac pene diuinam in nos munificentiam pluribus testatam relinquere studeo: dum anxius huc illucq; mẽtẽ animũq; circunfero, neq; in hac tanta mearum rerum penuria nobis occurrit, quo id satis pro dignitate assequar: cogor inuitus (id quod grauiter oberati solent) extrema omnia ac pene desperata uel cũ pudore aggredi, fędamq; rerum omnium auctionem uel aliunde grauem uersuram facere, in quo tametsi nõnullorum

iudicio leuius forte peccatum esset: cum alio-
quin nõ maligni animi officium haberi soleat
quod per te non possis, id imploratum aliũde
prestare: tamẽ ꝙ ignaui cuiusdã ac plane dis-
soluti hominis uideatur: in quo te tantopere
obnoxium existimes: in eo neq; conari quicq̃,
neq; te ipsum excutere, conniuereq; potius, &
aliunde totum pendere malle. putaui factum
iri a me comodius: neq; forte tibi etiam ingra
tius: si quocũq; famę & ingenii mei periculo,
tibi potius e furfure nostro subacidos, q̃ ex
alieno polline mellitos panes offerrem: cũ &
superis quoq; salsa mola litent, qui non habẽt
thura. quare quod proxima nobis fętura natũ
est: si quidem non abortiuum potius & eiecti-
uum q̃ iam satis maturum eum partum emi-
simus: uerum id quidquid rei est, tibi nuncu-
pauimus: non quo de uetere nostro ęre quicq̃
inde dissoluerem, neq; enim eo adhuc insa-
nię uentum est, ut id fieri posse sperarem: ue-
rum quo inde cõflarẽ potius meq; tibi adhuc
uehemẽtius obstringerem: & ut summum tuum
nobis patrocinium pararem: quo uelut certo

quodam amuleto & antidoto / pusillum hoc nostrum/uerum gratissimi in te animi & uolūtatis elogium a momorum susurronūq; turba defenderem: si qui forte futuri sint qui uelut inauspicatę quędam aues & obstreperę in tabernarum angulis garriant oblatrent murmurent / & (cum sua non possint) alienę quātulęcūq; laudis obtrectatione / ingenii sui ostētationem faciant. sed me ridiculum / qui idgenus ineptias curem: nec id laborē potius / nō id mihi magis metuēdum putem / ne tibi summis imperii rebus occupatissimo intempestiuus obstrepam: & ne depuratissimas tuas aures his meis nugis offendam: quem satis sciam pro tua singulari rerum omnium eruditione / excellenti doctrina mira & incredibili ingenii fęlicitate / prudētia ęquitate iustitia bonitate raraq; & inaudita quadam in principem fide / eo rerum assumptum esse: ut sub piissimo fęlicissimo & inuictissimo principe / summum istud & maximum christiani orbis imperium / iustissimus ipse rerum omniū arbiter / cū summa fide & ęquitate modereris. in quo quid ego

memorem: quas uigilias / quos labores quos turbinum fluctus / quas & q̃magnas animi solicitudines sępe subire soleas: ut in ista publica rerum omnium custodia / tanq̃ in alta specula collocatus / sęcurum & regem ipsum / & regnum totum omniq; metu & hostili formidine uacuum / tua ista summa prouidentia reddas: festamq; passim & gratam cunctis mortalibus pacem atq; tranquillitatem afferas: contraham itaq; me ipse & comprimam nec iam posthac impudentius cũ impensa quod aiunt tibi ultro molestiam afferam uale decus atq; unicum pręsidum meum. Venetiis nono Calendas nouembres. MDXVI.

ARBONENSIS Pro
uincia pars eſt non infima
Gallię auro/argēto cocco
n pecore/uino/oleo/frumē-
to/diues/urbium ac populi
multitudine frequēs/ædi-
bus tectiſq; magnifica: mo℞ ueſtiūq; cultu de
cens: ac ſplendida. In exteros uero humanita
te: ac hoſpitalitate Prouinciarum nulli ſecū
da demumq; ſic rebus omnibus: communiq;
mortalium uitæ comparatis opibus potens:
ut eā merito Plinius maximæ fidei autor Ita
liam alteram potius: q̄ prouinciam uocādam
exiſtimet: parte una mare internum ab Afri-
ca. Altera uero pyrenei montes ab Hyſpania
diſterminā̄t. patet latitudine ducētorum qua
draginta: & nouem millium paſſuum lōgitu
dine uero trecētorum & ſeptuaginta: nam ad
uſque uari fluminis oſtium: at uel Liguſtici
maris littus porrecta fuſius extenditur: ſuper
uacaneum nobis: nec huius noſtri operis inſti
tuti uidebitur omnes eius prouincię urbes re
ferre: & uniuſcuiuſq; originē repetere altius.

A

Quando nec id facile nobis in tanta multa-
rum urbium frequentia: nec satis ad rem tem
pestiuum existimem. Et abūde ueterum libris
explicatum/obuium cuiq; satis/& prōptum es
se poterit utcunq; est/satis nobis uidetur esse
futurum/loci cuiusdam mentionē facere quē/
& ipsum satis sua sponte/non incolis magis/
& indigenis/q̄ exteris quibusq; gentibus co-
gnitum atq; perspectum scio oppidum quod
dam in ea Prouincia est. Cui nescioqua cau-
sa recentes (exploso uetere) mōtem pessulanū
nouū nomē indiderint: nec sum nescius fuis-
Agathopo- se quosdā/ qui a flumine Lano quod in ꝓpin-
lis olim dice qui montis radicibus fluit/deductū nomē exi
batur stimēt oppidū est cōprimis opulētū/ ac diues/
populi multitudine/ tectorūq;/& magnifica-
rum ędiū ædificiis frequens. Cęterum duabus
maxime rebus imprimis memorabile/ extera-
rum mercium/ac gentium/toto terrarum or-
be clarissimo Emporio. Simulq; studiorū atq;
bonarum omnium artiū gymnasio percele-
bri. ibi loci quōdam homo diues & opulētus/
claraq; & illustri familia genitus terra mariq;

ſimul imperiũ exercuit uxorẽ habuit noĩe frã-
cã/claris & ipſam natã parẽtibus/ uerũ multo
& pudicitia/ & morũ/uitęq; honeſtate nobilio
rem/itaq; ambo fœlici fauſtoq; iũcti cõnubio/
ſpretis cõtemptiſq; rebus humauis omnibus/
ſic diuinaꝝ ſtudio & amore in dies magis arde
re cœperãt/ut nihil in uita ducerẽt/ antiquius
q̃ de immortali deo deq; ſuperis omnibus/ſem
per aliquid ſecũ mente & animo uoluere. Cum
itaq; iam multos annos/fœlicem eam uitam ui
uerent/nec tamẽ eis adhuc ſobolis ſpes aliqua
facta eſſet/ſolumq; id ſibi ad humanæ fœlicita
tis cumulum/reliquum factum crederẽt ꝙ ſua
rum opũ diuitiarũ & facultatum omniũ(qui-
bus imprimis affluẽtes erant)alienum habitu
ri hęredem uiderentur mœſti ea cauſa atq; ſub
triſtes/ aſſidue ſuperis uota faciebant. Indieſq;
Deum optimum maximum precabãtur prolẽ
eam ſibi ac ſucceſſorem dari/ qui fortunas om
nes/ac patrimonium/diuino cultu abſumeret.
Verũ fœmina Paulo in eam rẽ q̃ maritus aui
dior dũ quodam die(dei immortalis altaribus
aſſidẽs)precaretur inſtantius cœlitus uocẽ au

dire uisa est quę eam bono animo esse / spera-
req; id iuberet / quod tãtopere precaretur / cu
ius rei miraculo attonita mulier / uirũ festina
petiit / illiq; narrat ex ordine / q̃cũq; audierat.
Quo nũtio maritus & ipse factus hylarior / læ
tus uxorẽ accipit / mutuaq; illic repẽte gratu-
latio est habita atq; haud ita multo post / uxor
grauida facta Scitũ ac pulcrum Infantulum
peperit / cui a parẽtibus in / sacro baptismi la
uacro Rochi nomẽ inditum est puerulum me
morãt simulac natus esset impressam sinistro
lateri cruciculam habuisse insigne documẽtũ
futuræ uirtutis / ac sanctimoniæ / & quo facile
ostenderetur / quãtopere deo maximo pueri ui
ta grata futura esset: læti ea re parẽtes superis
gratias immortales agũt / mater uero pientis
sima tãetsi molliter olim & delicate fuerat edu
cata (ut quę clarissimis orta natalibus esset)
tamẽ & ipsa lactare puerum / & curas omnes /
ac nutricios labores non inuita subire uoluit
nec eo magis unquam ieiunium aut infringe-
re / aut ĩtermittere uisa est / quod in hebdoma-
da bis semper obseruare consuerat / totidemq;

etiam dies/ sanctissimus puer matris uberibus abstinebat / quodq; magis mirũ est/multo his diebus ĩfans & plenior esse / & habitior q̃ reliquis uidebatur. uix dum autem quintum ętatis annum attigerat / cũ sic iam se parẽtibus / & facilẽ / & morigerũ prebuit / cũ sic iã rebus honestis omnibus applicuit animũ / ut nihil amplius / uel iam ętas robustior prestare posse uideretur biennio autem q̃ pubescere inciperet / miram quandam ieiuniorum ac uitę totius austeritatem instituit: facile ut quisque inter mortales beatum futurum crederet. Crescentibus aũt (mirabile dictu) & per ętatem/ pueri membris ĩdies augescentibus / crucicula illa (cuius supra mentionẽ fecimus) & semper e latius & corpore toto possim diffundi uidebatur. Interim uero pater iam ingrauescẽs/ cum difficili ac graui morbo languesceret/de sperataq; iã ac deplorta salute/dierũ & huius uitę mortalis finẽ imminentẽ uideret. Rochũ ad se uocari iussit: apprehensaq; adolescentis manu/ filiũ his uerbis alloquit᷑. uides inquit carissime fili/ iã propinquũ adesse diẽ/quo de hac

fragili & mortali uita nobis sit abeundum/de qua (uelut de carcere & uili quodam ergastu-lo) simulac liber euaserit animus/spero futurum inquit dei optimi maximi pietate i nos/& sum mo beneficio/ut in cęlis paratum locũ inueni am/quo te quoq; carissime fili aliquando post me/uenturũ/& spero & uehementer cupio ꝓin tu hec pauca pręcepta mea / diligenter asser-ua in animo/quibus uelut / perpetuo pignore/ & monumento/parentis absentiã colas/tibiq; ipsi ad æternas illas beatorum sedes / ad quas me tantopere uides aspirantem uiam tibi fide liter munias/eo nihil mihi unq̃ in hac una ui-ta mortalium/iucundius quicquam aut grati us facies. Quare hęc tibi testamento funebri/ & ultima uoce nostra / diligenter obseruanda relinq̃mus. Primo ut imortalẽ deũ rebus om-nibus pręponendum/atq; illi uni semper pure/ casteq; famulandum existimes. Deinde ut quã tumcunq; potes pietatem colas/ pupillosque omnes & uiduas/cura omni & studio sustẽtes. Posthac uero ut thesauros omnes/atq; fortu-nas meas (quarum te rectorẽ moderatorẽq;

facimus / & in te uno plenum collocamus ar- bitrium) pienter omnes impẽdas atq; disper tias. Demũ ut superum sacras ędes & templa piosque locos omnes & hospitales diligenter inuisas / illicq; pauperes peregrinos / & hospi tes / ęgrotos ac laugnidos omni opera studio & diligentia tueare: illis opem feras / illos ma xime rebus omnibus iuues / hęc enim uera atq; pręcipua dei optimi maximi membra putan- da sunt: hancq; unam tibi / hinc ad cœlos euo landi uiam tutissimam / ac expeditissimam fa cies: quam tu si me amas carissime fili / si quid parenti de te benemerito credis (quantum po tes) amplectere quę se omnia ille sedulo factu rum est pollicitus paulo moxq; defunctum ui ta parentem / pientissimus filius / summa fune ris pompa efferendum curauit. Nec ita mul- to post / mater & ipa graui morbo correpta ef flauit animam / cui cum & ipsi piissimus filius honestissime parentasset / orbusq; iam utroq; parente Rochus / mãdatorũ memor / quęcun q; pater testamẽto reliquerat / sicuti fidum hę redẽ decet / omnia diligẽter exequitur / dispar

titisq; fortunis omnibus / & i eos usus absum ptis / quibus pater errogari mãdauerat / indu xit in animum / patria relicta peregre profici sci / itaq; uiatorium atq; pedestrẽ habitum in dués / pileolo / baculo & folliculis sumptis / Ro mam iter instituit / ut se illic / sacris apostolorũ altaribus sisteret / cum itaq; iam emensa parte maxima uię / uenisset in oppidũ / quod incolę aquam pendulam uocitant / graui peste urbẽ totam infectam repperit / erat autẽ in oppido commune gentis eius xenodochium (locum hospitalem latini nuncupant) in illud ferebã tur quotquot in urbe / graue illud & dirum ui rus afflauerat / pręsertim autẽ hi quibus (ob inopiam) medici copia nulla esse poterat / eo tum forte fortuna Rochus cœperat diuerte re / cũ a loci eius pręfecto nomine Vincẽtio periculi admonitus / fugere illinc iubetur / ueq; ille peropportunam sibi datam occasionem existimans / demerendi fauoris superum atque eius agendę rei / qua se deo immortali gratissi mum faceret. Diurnas illic atq; nocturnas de uouit operas / seq; publicũ loci eius / atq; omni

um communem administrum exhibuit/neque uilissimo cuiquam/ac sordidissimo ministerio officium suum desiderari passus est. tametsi autem Vincentius ille (quē pauloante loci prefectum diximus) Rochum frequenter hortatus fuerit/ab instituto desisteret/ꝙ erat ueritus/ne iuuenis adhuc & etate florēs/grassantis morbi contagine/uitę discrimine incideret/tamē nullo neq; timore/neq; periculi metu/flagrantem diuini amoris igniculo iuuenem/ab officio diuertere potuit: uerū illo periculo (uelut gratissimo laboris fructu/ac mercede proposita) factus indies ardentior/mira quadam alacritate pene omnium in familia uices diligenter obibat: ęgrotātium lectulos officiosus inuisere/illis potum cibūq; prębere/omnium pedes & saniē expungere/cursitare per ędes/& iam hunc iam illum consolari/hortariq; & admonere bono animo eēnt ne de se/ne de salutē diffiderēt: frigescere atq; remitti morbū/neque eorū cuiquam posthac imminere periculum: ꝙ si quid esset/eos cogitare debere/publicam eam communemq;

omnium ciuium uicem / atq; fortunã esse: neq; eorum quẽquam priuato affici & agitari discrimine: quominus iniquo animo ferenda ea tota fortuna erat. quare iã passim inter ęgrotos uulgari cœperat / peregrinum illum & hospitẽ qui nuper uenisset / tam eis salutarẽ fuisse / ut solo sermone omnium morbos & ardores extingueret / tantopere autẽ piissimus ille minister Rochus eiusmodi studio incendi cœperat / ut non amplius xenodochii claustris septisq; contineri potuerit / quin & uagari iam libere & cursitare per urbem per compita cœperit: singulasque & priuatas ciuium ędes inquirere: si quid usquam forte periculi / ac pestilentis incendii esset / neq; hominem frustra ea cura cęperat: ardebat enim ciuitas tota: uixq; pars ulla oppidi / grassantis morbi contagione uacabat. ibi tum Rochus curiosus ac diligens prestabat officiũ / neq; hominum cuiquã / operam suam deesse ferre satis aut pati poterat: itaq; eius hominis cura / crebrisq; in deum ac superos ꝓcibus / ciuitas tota graui illo pestis incẽdio libera facta ẽ. paulomox Rochus

ſeſennam petiit / q̄ eā ſimili quoq̄ genere mor bi laborātē acceperat: illic itaq̄ pari functus officio / repente ciuitatem ea peſte liberam fe- cit / illincque e ueſtigio Romā profectus / ma- iorem illic q̄ alibi uſquam eam luen / & morbi calamitatem repperit. quare nec ibi a quoquā operam ſuam & officium deſiderari paſſus eſt. degebat ea tempeſtate Romę cardinalis qui- dam gallus / e gente britonum / homo clariſſi mi & illuſtriſſimi nominis / qui & ipſe tum for te peſtilenti febre correptus erat / forte fortu na tum Rochus in eius ędes diuerterat de cu- ius aduentu ſimulac cardinalis factus eſt certi or / uocari ad ſe iubet adoleſcentē / illicq̄ pau liſper colloquio detinēs / ubi mitiſſimos mo- res / manſuetiſſimumque eius ingenium plane eſſet intuitus: ſuſpicari cœpit / deo immortali gratum eſſe debere iuuenem / qui tam & mitti natura eſſet / & tam honeſte compoſita: itaque ſeſe illi uitamque & ſalutem impēſius commē dare cœpit: rogauitque / pro ſe ſuperis uota fa ceret / ad eum itaq̄ propius accedēs adoleſcē tulus / atq̄ in eius fronte ſignum crucis faciēs

iubet bono animo esse/ fore confestim ut pri-
stinam salutem recipiat/ sicque ille repête grã
ui illa febre solutus denuo conualuit adolescé
temque ipsum haud ita multo post ad pontifi
cem duxit/ abs quo susceptus humaniter/ ni-
hil habuit antiquius/ quod ab eo crederet po
stulandũ/ q̃ ut errata uitę suæ omnia/ quibus
deum immortalem offenderat/ paterna clemé
tia cõdonaret. uixit & ipse Romæ posthac in
eius uiri familia triennio/ iuge & assiduũ sem
per/ ægrotis famulicium exhibens. absquo
tãetsi frequenter cardinalis parentũ ac patrię
conditionem sortemque requireret: tamen ni
hil unquam proficere potuit: cęlauit ille con-
stanter/ nec popularem illam laudem & glo-
riam/ caduco fluxoque parentum genere cõ-
paratã/ captare unquam uoluit. demum uero
ubi cardinalis ille grandęuus/ urgente iam se
nio/ naturę fatoque concessit: Rochus ab ur
be discedens Ariminum petiit: quam & ipsam
pari afflatam incendio reperiens: miro & in-
credibili studio sanitati restituit. uixit autem
in ea urbe bimestri tempore/ nihil omittens

quod ad publicã ciuitatis priuatamqꝫ ſingulo
rum ciuium ſalutem ſpectare crederet: qui ubi
omnes eius uiri opera iã plane incolumes fa-
cti eſſent: Rochus inde profectus Placẽtiam
ueterem inſubrium urbẽ ſe contulit / quod &
ipſam peſte laborantem acceperat. ubi & ſua
in ſuperos incredibili fide / diuino fretus auxi
lio / ſic ubiqꝫ libere uerſabatur / quaſi nullum
tota urbe neqꝫ diſcrimen / neqꝫ uitę periculum
eſſet: quã & ipſam quoqꝫ / haud ita multo poſt
liberam & incolumem reddidit: neqꝫ id tamen
pari ſua fœlicitate qua reliquas omnes ſupe-
riores fecerat. Deus enim optimus maximus /
ut ipſũ ſuę quoqꝫ ſortis / & humanę huius mor
talitatis memorẽ eſſe faceret / graui atqꝫ mor
tifero iaculo peſtis confodi uoluit (cauens ut
arbitror) ne mẽs humana minimo quoqꝫ ſuc-
ceſſu rerum & laudis / facile nimis intumeſce-
re ſolita / amicum & gratum hominem / forte
non nihil inſolentem faceret: ſicqꝫ eum / quem
per mille pericula / per mille labores / ꝑ mille
morborum uitęqꝫ diſcrimina (uelut mortaliũ
ſortis expertem) illeſum ire fecerat / ecce re-

pente & ĩpſum mortis obuerſari ueſtibulo uo
luit: quadam enim nocte / uocẽ in ſomnis audi
re uiſus eſt: quę ipſum peſte laboraturum dice=
ret / iuberetq; eum qui ęgrotantibus aliis opẽ
ferre conſueuerat / ne ſui ipſius ſalutem curãq;
negligeret / ferret ſolum modeſte / ſeq; ea una
cauſa mortalem eſſe meminiſſet. experrectus
itaq; e ſomno / & graui illo ſopore iuuenis / fe
mur alterum ſibi uelut iaculo quodã tranſuer
berari ſenſit: neq; tamẽ inde aut mẽte aut in=
genio magis mutari uiſus eſt / quin ęquo pa=
rique ſemper in ſuperos animo / gratias tibi
inqt ago pater optime maxime / qui me quoq;
ut reliquos huius humanę ſortis oblitum eſſe
nolueris / cęterum tantũ inde & animo & cor
pore toto dolorẽ cœperat: ut nullus poſthac
quieti locus factus reliquus uideretur: uerum
aſſidue hominem & eiulari / & lamentari miſe
rabiliter doloris acerbitas cogeret: totaq; idẽ
domus eius uiri lamẽtis & q̃ſtibus plena erat /
uſq; adeo / ut neq; domeſtici oẽs neq; languen
tes reliqui ſomnum ullũ die noctuue caperẽt.
qua re factũ eſt ut q̃ xenodochio pręerãt / prio

rum in se suosq; omnes meritorum immemo-
res | miserum adolescentem ędibus exturbaue
rint | solumq; | & omni humana ope destitutũ |
ęgẽtẽq; humi | sub dio iacere fecerint: quẽ pau
loante tam & humanum & salutarem medicũ
experti erant: nec tum id satis barbaro & im-
mani populo tormenti uisum est: nisi priuatã
illam iniuriam (quam grauissimam cœperat)
publicam quoq; & omnium ciuium commu-
nem esse faceret: nec enim prius sęuire in ho-
minem desierũt: q̃ ipsis quoq; męnibus urbis
ueluti publicũ patrię hostem eiecerint: id unũ
causę commenti q; se uereri dicerent | ne rur-
sus in urbe eius contagio grandius incendiũ
suscitaret. nihilomagis moleste | eam tam gra
uẽ | & tam insignem iniuriam adolescẽs tulisse
uisus est | uerum semper in superos mente gra
tus | & animo | cœpit in uallem quandã siluo-
sam & opacam diuertere | desertam tamen &
uastã | q̃ haud ita procul ab urbe aberat: quo
simulac uentum est | ęgrotus adhuc & langui-
dus | tuguriolum sibi ramusculis foliisq; con-
texuit: ibiq; paulisper fessus atq; dolore recu-



bans | sublatis in cœlum oculis | gratias tibi inquit pater pientissime ago | qui tantopere de me & tam benigne mereri uolueris | ut contempto spretoq; humano omni uanoq; & fallaci consortio | sub hęc nemora sub has frondes tui memorem nec mei ipsius oblitum uenire iusseris: peto itaque abs te pater optime maxīe | ut me in hac uasta desertaq; solitudine commorantem tibiq; supplicantem exaudias ne me torqueri amplius | ne laucinari | aduriq; hoc tā immani doloris incendio patiaris | uix finem orandi fecerat | cum ecce repente subita quadam nubecula tuguriolū cingitur | qua mox in auras uanescente | scaturientem prope fonticulum limpidas aquas manantē aspicit | ubi ne minimum | quidem prius unquam aquæ uestigium fuerat. superesse adhuc eo loco fonticulum indigenę memorāt: in quo tū se paulisper Rochus ęgrotus abluens: illico se graui illo febrium ardore leuari sensit | & uelut repente corporis totius morbum omnem atq; langorem minui. Ei ualli & siluę uicinum quoddam oppidulum erat | in quo uiri pleriq;

nobiles habitabant:sed quorum omnium ma
xime diues & opulẽtus erat:quidam Gothar-
dus nomine/homo & ipse in superos pietatis
& fidei maximę/eoq; immortali deo gratior
& acceptior/is uti sortis id genus homines
nobiles atq; potẽtes assolent/aucupiis/& ua-
rio uenatu oblectari consueuerat/ob idq; do-
mi canum sagacium magnam turbam alebat/
inter quos unus maxime carus domino & ap-
prime familiaris/libere ac passim domi uaga
batur/impuneq; ille solus unde liberet/uel ex
domini mensa/& sępe manu ipsa cibum cape-
re consueuerat/itaq; ęgenti miseroq;/ac fa-
mescenti Rocho/prouidentia diuina solum
hunc fidum nutriciũ prębuit:singulos enim
quosq; dies minister hic sedulus/ex domini mẽ
sa cibum capere/& in siluam Rocho ferre cõ
sueuerat:quod Gothardus aduertens/rei mi-
raculo attonitus/diligẽter & assectari canem
& obseruare cępit quam in partem cum cibo
diuerteret:quem ubi siluam ingressum aspi-
cit:& ipse intro subsequitur/pauloq; progres
sus longius/cõtextum ramis tuguriolum ui-

det / in quo sibi Rochus herbarum cespite & arborum foliis lectulum strauerat ubi requiescceret illicq; ad durum silicem caput reclinauerat: itaq; ad eum propius Gothardus accedens / saluere iussit hominem / cui ęgre salute reddita / iuuenis illum a se iussit abire longius / ꝙ uerebatur ne uicinum factum contagio pestis inuaderet: itaq; illinc e uestigio Gothardus domum reuersus est: quo simul uenisset / pauore colligens animum / cogitare secum tacitus cępit / & diligenter animo uoluere / quę fecisset: miratus itaq; rarum & insolens alieni canis officium in hominem eũq; peregrinum / & hospitem / uehementer obstupuit: sibiq; ipsi statim persuadere cepit / gratum illum / & carum esse superis / cuius ęgroti animalia quoq; ipsa (humani usus expertia) cura & sollicitudine mouerentur: ductusq; repente facti pęnitentia ꝙ ab illo tam repẽte discesserat / denuo illuc reuerti instituit: quo simul aduenies / operam omnem opemq; pollicitus & cõsolari / & amplexari hominem cępit / gratissima ea res iuueni facta / magnũq; inde solacium cępisse

uisus est. uirum itaq; compellans humaniter / ob tãtum in se beneficium / perpetuam animi gratitudinem pollicetur. inita posthac inter utrunq; amicitia & consuetudine / cõmunicatoq; iam inter se plusculos dies cõmuni uitę cõmertio & contubernio / cum nec sedulus ille minister canis (qui de more cibum ferre cõsueuerat) amplius appareret / nec alimẽti usq̃ spes ulla proposita uideretur / nouusq; ille Rochi cõtubernalis & socius / id genus uitę insolens / fame & inedia premeretur / amicum interrogat consulitq; / quid in ea re opus facto putaret: in ea uerba responsum fecisse dicitur / quę optimum maximũ & immortalem deum scriptores dixisse memorãt: uende omnia quę habes & sequere me: opus inquit est amice suauissime fortunas omnes / opes / diuitias / & facultates / quiqcd auri / quicquid argẽti / quicquid domi supellectilis possides / uẽdere / & dispartiri pauperibus / & quicquid posthac miserę huius fluxęq; & incertę humanæ uitę superest / id totum pane uicatim corragato trãsigere: nec surdo (quod aiunt) cecinit fabulã:

Gothardus enim fidelissimis Rochi consiliis optemperans / illico reuersus in urbem / tāetsi diues & opulētus esset / tamen non in propriā sed in amici cuiusdam placentini domum / cibum petiturus se cōtulit: ut ei generi uitæ (cuius ab amico consilium cęperat) promptum & fęlix auspicium daret: quo simulac uenit / ab amico uehemēter increpitus / omni quoq; genere probri atq; conuicii affectus & castigatus abiit: rei enim miraculo attonitus / furorem illi atq; dementiam improperare cępit / qui diues & opulentus / qui fortunis / qui diuitiis / qui facultatibus affluens / qui genere & cognatione clarus / qui propinquis amicis affinibus & clientellis potens / honestissimū semper / & a maioribus traditum locū in urbe seruauerit: ad illud tam & uile & propudiosum uitę genus demitteret animos / quare inde propere iussum facessere / contumeliose a se dimisit hominem. neq; id diu tamen impune tulit: nam eodē die / & ille & quotquot in urbe erāt (abs quibus elemosinam flagitans repulsam acceperat) peste omnes attacti sunt; demumq;

in homine misero / ciuitas tota deum ultorem experta est: qui diutius in suos seruos ingratū. & immemorem populū debacchari / ęque ferre nō poterat / quare ciuitas tota longe q̃ prius maiore pestis incendio conflagrare cæpit: cuius rei fama ubi ad Rochum delata est / piissimus ac clemētissimus iuuenis / immemor iniurię quā ab illis acceperat / publicam ciuium calamitatē miseratus / festiuus cępit accurrere / illicq; ęgrotos uisere / cōsolari / iuuare / miseris opem ferre / nulli operā nulli auxiliū negare / officiosus promptusq; ad omnia esse / tāetsi id quidem uix dum satis prestare poterat / priore adhuc ægritudine fatigatus / abs qua nondum satis pristinas oēs uires receperat: sicq; tamen gnauiter illic pietatem exercuit: ut breui incensa eo morbo ciuitas / hominis huius opera & precibus pristinam salutē receperit. inde maior hominis fama passim uulgari cepta est: peneq; par & ęqua nominis celebritas Gothardū comitari: & iam undiq; in siluam ad homines / finitimi omnes turmatim cōfluebāt: ut quisq; aut damnum / aut aliud quoduis

fortunę incommodum & detrimentum cępe-rat. Iamq; Rochi tugurium / uelut publicum salutis asyllum / passim ab omnibus peteba-tur: suę enim quisq; rei salubre semper illic cō silium offendebat: nec hominibus solum piis-simi adolescētis patebat officium / bestie ipsę quoq; & fera animalia / beneficum in se sępe-numero experta sunt / quę & ipsa (uelut homi nis sanctitatē colentia) prona frequenter atq; procidua speluncę foribus assistebant: illicq; tanq̄ in excubiis collocata uirum prestolaban tur / quocūq; naturæ officio poterant / opem languoribus petitura paulopost uero Gothar dus / qui nunq̄ a Rocho ne trāsuerso quidem ungue (quod aiunt) libēter aberat / domestica rum rerum officio coactus / placētiam petiit: quibus ibi breui ex sententia cōpositis / denuo in solitudinē ad Rochum rediit / uixitq; apud eum / & ex more solito rebus omnibus (adhuc languenti) fidus minister affuit. interim uero nocte quadā in somnis uocem audire uisus est: quę sic Rochum est allocuta. Roche inquit carrissime superis scito te tandem impetrasse /

quod tātopere & tam impense petieris: exau-
diti sunt enim fletus | exauditę p̄ces | & lachry
mæ: iamq; te posthac feritas ista morbi tor-
quere desinet: breuiq; sanus saluusq; futurus
es: proin tu para dū uoles reditū in patriam:
qui paulopost expergefactus a somno | ut ea
nocte in somniis acceperat | saluum se totū &
ea fedissima lue purgatū repperit ibi tum pri-
mum Gothardus rei nouitate & miraculo at-
tonitus | Rochi nomen audiuit: quod hacte-
nus semper Rochus accurate cælauerat: ueri
tus ne uana illa & inanis popularis aurę glo
riola | iuueniles inflaret animos | & ne tanto
labore quęsitam comparatamq; apud supe-
ros gratiam | leui aliquo momento laudis in-
fringeret: quoniā & hominem ipsum uehemē
ter rogare | & obtestari cæpit: ne tam accura-
te cęlatum in eum diem | nomen alicui pro-
deret: sicq; amplexatus osculatusq; eum a se di
misit: prius satis admonitum | quod uitę ge-
nus sibi uiuendum esset. ipse uero illinc redire
cępit in patriam: quam dum bellis ac latroci-
niis infestam offendisset a militibus captus est

& uelut explorator coniectus in carcerem: illicq; quinquẽnio miserabiliter habitus in uinculis: nihilo tamen factus remissior in superos / ardebat enim amore quodam in deum incredibili / nec pęna ulla / nullo tormẽto nullo impetu / nullo quãlibet graui fortunę casu / ab illius cultu & assidua cogitatiõe diuelli poterat: lucro enim sibi omnia cedere arbitrabatur: quęcunq; illi unquã aduersa acciderant: eo multo magis prospera metuebat: in hisq; ducebat agẽdum cautius ibi tum uero in tenebris / in ergastulo positus / carceris situ squallore / atq; pedore obsitus / siti fame frigoreq; confectus / quid putas aliud precari deum soleret? q̃ ut eam uitam sibi uiuere diuitius liceret? q̃ ut illic macerare tantisper & affligere tenellum corpusculum posset: dum ad beatã illam uitam atq; perpetuã laboris satis impẽsum / satisq; datũ supplicii esset: itaq; posthac iam exacto quinquẽnio dum purgatam satis & mundam adolescentis animam iamq; cęlesti illa atq; fęlici patria satis dignam deus immortalis putauit: carceris custos qui de more

cibum illi ministrare cõsueuerat: miram quã-
dam & insolitam lucem / est in carcere intui-
tus: quę captiuum adolescentem assidue collu
strabat. cuius rei fama iam crebrescente / pas-
simq; uulgata in populum: ciuitas tota tam
scelestum perosa facinus / grauiterq; rei indi-
gnitate commota / tumultuari / moueriq; cę-
pit in principem / palam passimq; hominem
crudelitatis atq; tyrannidis uehementer insi-
mulans: qui adolescentem insontem & inno-
xium teterrimo carcere / iam tãdiu & tam in-
humaniter cruciaret. paulomox uero cõtra-
cta inde graui ęgritudine: Rochus ubi die-
rum & uitę finem adesse sensit: uocat ad se cu-
stodem / eumq; rogat impendio / apud princi-
pem agat / ut antequã ex hac uita decederet /
uirum quemlibet sacerdotem pateretur ad se
demitti: cui omnia fragilis & imbecillę mor-
talitatis errata proderet: quo ue fęda adhuc
& inexpiata anima terrea contagine / gra-
uius hinc euolaret ad superos. tertio uero post
die ad eum in carcerem angelum dei missum
esse cõmemorant: qui de fine uitę certiorem

cum faceret: moneretq; factam ei potestatem (antequã ex humanis decederet) impetrandi quicquid a se prestari mortalibus uellet, petere modo fidenter, neq; de reliquo sollicitus esse, impetraturum enim, quecũq; posceret: ibi tum pius & in humanum genus beneuolus iuuenis, de suo discrimine cõmune & grande mortalium omnium periculum metiens uehemẽter precari deum cepit, ut quotquot inter humanos sui memores pie casteq; uota nomini suo facerent: illesi omnes, a mortifero pestis seruarentur incẽdio. ubi uero finem orandi fecit, decimosexto kal. augustas, beatam illam atq; foelicem efflauit animam. paulomox quoq; tabulam quandã celitus delatam in carcerem, illicq; iacentis capiti suppositam memorant: que cum hoc eulogio litteris aureis inscripta erat: fore, ut quicunq; Rochi nomen, festumq; diem colerent, nulli se unq̃ in uita, pestis periculo uiderent obnoxios. Post triduum uero princeps cuius imperio Rochum in uinculis habitum esse diximus: maximopere tumultum illum popularẽ ueritus:

misit qui de carcere captiuum educerent: nõdum enim adolescentẽ uita functũ acceperat: qui simulac eo descẽdissent/illũq; iam mortuũ incredibili luce circunfusum uidissent/insontem esse criminis (cuius eum uiuum insimulauerant) cõprimisq; deo immortali gratũ carumq; esse facile cõpertum est. subinde quoq; tabula inuenta est/ quę uiri nomen cellatum adhuc & incognitũ simulq; ei factum ab immortali deo facultatẽ prodidit/agebat adhuc inter humanos principis mater fęmina senex atq; decrepita ad quam ubi Rochi nomen allatum est illico uiri genus & familiam agnouit illicq; expresso etiam parentum nomine principali natum familia asseruit nam & ipse inter se proxima cognatione coniuncti erant etenim principis eius ex sorore nepos erat: uerum multo ea res tota certior atq; comperitor facta est inuenta crucicula quam eius lateri inuatam esse retulimus/quo grauius multo & acerbius uiri mortem tulerunt: in quem q̃ inhumane nimis & crudeliter egerant incredibile dictu quãtum inde & q̃ ingẽtem animo

dolorem cęperint: elatum posthac summa fu neris pompa magnifice tumularunt: quem paulopost quoq; Romanus Pontifex homi- nis sanctitate comperta ritu solemni in supe- ros retulit: demumq; eo loco ubi sepultus fue- rat tēplum amplum & opulentum extructum est. Anno uero natalium domini millesimo quadringētesimo & quartodecimo/ nono kal. augustas apud constantiam nobilem Germa- nię urbem christiana gens pene tota conuene rat/ initura consilium/ quo nefarię non nul- lorum hereses tollerentur/ quę iam non pau- cę cęperant inualescere: ibi tum populi ac ua- riarum gētium colluuione/ pestis sęua coorta est: crassariq; passim/ & iam urbē totam depo pulari cęperat/ parumq; aberat/ quin eius rei metu/ publica Christiani populi comitia sol- uerentur iamq; ea de re patres inter se agitare consilia ceperant: uerum id superis nimis indi gnum uisum est/ qui nec periclitari ecclesiam nec tātam christianę religionis calamitatem ferre ęquanimiter potuerunt. quare concla- mata iam ac deplorata cōmunis omnium sa-

lus / imbecilli cuiusdam adolescentis consilio fulta est: is ubi ciuium simul & patrū animos metu pauidos & cōsternatos uidisset / adeoq; & animi & mentis impotes / ut in re tam necessaria / sani nihil cōsilii caperent: unus e turba prodiit in medium / sicq; fidenter pontificem allocutus dicitur. Beatissime pater inqt tametsi ea semper in hoc mortale genus / dei optimi maximi clementia / ea pietas esse consueuerit / ut nullum unq̄ pium satis / diuineq; legis & cultus memorē periclitari patiatur: satisq; tuti illi securiq; uideantur / quotquot in eum spem suam totam mentemq; coniecerint: tamen quo pateret maneretq; pietas eius immensa latius multos humano generi patronos apud se esse / & in periculis interuentores uoluit. habes in urbe diui Rochi Narbonensis imaginem / cui uni maxime / adhuc uiuenti aduersus hanc luē cęlitus datum auxilium memorant: quemq; unum Itali / Galliq; omnes populi / in hoc graui discrimine auxiliarē sibi sępe ac propitium experti sunt: spreta hic cōtemptaq; nimis imago iacet: proinde si li-

bet iube hominem deo cariſſimum uenerari / indictiſq; ſupplicationibus circũferri paſſim imaginem: preceſq; illi & uota fieri: ut in hoc tanto & tam preſenti periculo / ciuitatem patrocinio tutandam accipiat: in hanc ſententiam & pontifex maximus / & patres omnes iuerunt pedibus: indictiſq; ſupplicationibus / imago tota urbe circunferri iuſſa eſt: ſanũq; & ſalutare ciuitati conſilium fuit / paulo mox enim diui Rochi gratis in deum meritis / peſtilens illa & bacchabũda morbi diritas pene tota referbuit / ſummaq; omnium pace & trãquilitate (que iam pene dirempta fuerãt) demum haberi comitia cępta ſunt. In hac antiqua nobili & opulenta Veneta urbe / hoc ſanctiſſimũ corpus / miro & incredibili quodam ciuium omniũ ſtudio atq; fauore colitur / nec eſt q innumeris eius enarrãdis miraculis / uerboſus occupari uelim / neq; ſi id libeat pro dignitate ſatis aſſequi ualeam: incredibile enim / nec facile dictu eſt: quot quantaq; pene quottidie mortales omnes expertos memorẽt: quorum ſingula quęq; proprium ſibi uolumẽ ex-